

teriores breves in omnibus, quae examinavi, speciminibus, et huius et sequentis speciei, reperi.

b. Pappus sordide albus.

3. *L. PYRENAICUS* (Gouan. illust. p. 55. t. 22. f. 1 et 2.) *radice praemorsa* a basi fibris validis obsessa, *scapo monocephalo squamoso superne sensim incrassato ante anthesin nutante*, foliis obovato-lanceolatis repando-denticulatis glabris vel pilis simplicibus adpersis, pappi radiis interioribus plumosis in basi lineari-serrulatis, exterioribus scabris brevissimis. \mathcal{L} . In pascuis alpinis, (durch die ganze Alpenkette, sodann auf d. höhern Bergen d. Schwarzwaldes u. auf d. Hohneck d. Vogesen.) Jul. Aug. *L. squamosum* Lam. dict. 3. p. 529. *Apargia alpina* Willd. sp. 1547. St. h. 37. *Picris saxatilis* All. ped. 1. p. 211. t. 14. f. 4., icon haud bona. *Hedypnois pyrenaica* Vill. delph. 3. p. 78. — Capitulo in scapo monocephalo ante anthesin nutante, et radiis pappi e basi lineari sensim setaceis certo a *L. autumnali* distinguitur; sicut ab omni varietate *L. hastilis* foliis tenuiter petiolatis, pilis eorum, si inveniuntur, simplicibus, scapo sensim incrassato, apice squamoso, pappi radiis basi linearibus plerumque uniserialibus et areolis receptaculi non fimbriatis. *L. alpinum* Jacq. a. t. 93., ob folia basin versus sensim in petiolum latum attenuata et scapum unica tantum squama instructum ad varietates alpinas *L. hastilis* pertinere videtur. Variat:

β . *aurantiacus*, flores in croceum vergentes, ceterum formae vulgaris similis: *Apargia aurantiaca* Kitaib. in herbar. Willd. n. 14608. Willd. sp. 3. 1547. *Leontodon croceum* Haenk. in Jacq. collect. 2. p. 16.

γ . *pinnatifida*, foliis saltem interioribus pinnatifidis: *Apargia crocea* Willd. sp. 3. 1548, excl. syn. Haenk. Willd. herbar. n. 14610.

4. *L. HASTILIS* (L. sp. 1123.) *radice praemorsa* a basi fibris validis obsessa, *scapo monocephalo nudo vel squamis 1-2 adperso apice crassiore*, foliis oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis dentatis pinnatifidisque glabris hirtisve, pilis bi-trifurcatis, pappi radiis interioribus plumosis in basi latiore serrulatis, exterioribus brevibus scabris. \mathcal{L} . In pratis, pascuis, locis incultis; in alpes altissimas adscendens. Jun.-autumn. *L. protheiforme* Vill. delph. 3. p. 87. *Hedypnois hispida* Smith. brit. 823. Variat foliis denticulatis, profundius dentatis, sinuato-dentatis et pinnatifidis, pinnis ovatis vel, sed rarius, linearibus, et

α . *vulgaris*, foliis, scapis involucrisque, vel solis foliis hirtis. Pili nunc brevissimi, nunc longiores, tamen nunquam diametrum scapi transversalem conspicue superantes: *L. hispidum* L. l. c. *Apargia hispida* Host. syn. p. 424. Willd. sp. 1552. *Hieracium incanum* Poll. pal. 2. p. 383.

β . *glabratus*, foliis, scapis involucrisque glabris, vel pilis paucis adpersis: *L. hastile* L. sp. 1123. Jacq. a. t. 164. *L. danubiale* Jacq. en. stirp. vind. p. 274. *Apargia hastilis* Host. syn. p. 423. *A. guestfalica* v. Bönningh., e seminibus, ab auctore acceptis, educta. *Hieracium danubiale* Poll. pal. 2. p. 385. — *Apargia hastilis* Willd. sp. 3. 1548, comprehendit specimina tota glabra; *A. dubia* eiusdem specimina parce pilosa. — *A. dubia* Hopp. est forma foliis cras-

siuseulis subcoriaceis nitidis, quae in montibus humilioribus quoque occurrit. *A. hastilis* β . *lucida* Saut. in litt.

γ . *hyoserioides*, foliis ad costam mediam usque pinnatifidis, pinnis angustis linearibus: *A. hyoserioides* Welw. ap. Reichenb. fl. exc. p. 853. *A. hyoseridiflora* Saut.! *A. hastilis* γ . *pinnatifida* Saut. in litt.

δ . *opimus*, foliis latioribus, scapo humili, apice insigniter incrassato; est varietas alpina valde memorabilis, sed formis intermediis in vulgarem transit: *L. caucasicus* Reichenb. fl. exc. p. 853. et hortor. bot.; an quoque MBieb.?, planta taurica enim pilis non furcatis instructa est; (conf. fl. taur. cauc. 2. p. 248.) *Leontodon Villarsii* Lois. fl. gall. ed. 1. 514., ed. 2. 2. p. 177. *L. hirtum* Vill. delph. 3. p. 82. t. 25., et, ut mihi persuasum habeo, etiam *L. hirtum* L. sp. 1123. a *L. hispido* sequentibus notis dignoscitur: radix profundius descendit, tamen ad basin fibris nonnullis validis instructa est; pili foliorum, plerumque profunde pinnatifidorum, setiformes, rigidi et diametro transversali scapi duplo longiores, simplices, vel apice brevissime bidentati.

Sect. III. APARGIA C. H. Schultz. Radix verticaliter descendens, fusiformis, simplex, subramosa, fibrillis adspersa capillaribus. Capitula virginea nutantia. Pappi radii omnes plumosi, interiores vero basi serrulati.

5. *L. INCANUS* (Schrank. baier. flor. 2. p. 337. 1789.) *radice verticali simplici subramosa, scapo monocephalo nudo vel squamis 1-2 adperso sub flore crassiore, foliis oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis integerrimis vel remote denticulatis cauleque cano-hirtis, pilis brevissimis 3-4 furcatis, pappi radiis omnibus plumosis, interioribus in basi latiore serrulatis.* \mathcal{L} . In rupium fissuris et locis petrosis; in alpes ascendens et cum fluviis in convalles descendens, (in d. Schweiz etwas selten, sonst durch die ganze Alpenk. bis Oestreich u. v. da nach Mähren, sodann auf dem Jura-kalk in Schwaben u. im Bayreuthischen.) Jul. Aug. *Hieracium incanum* L. syst. nat. 2. p. 522. Jacq. a. t. 287. *Apargia incana* Scop. carn. 2. p. 113. St. h. 27. Foliis vix dentatis, mollibus, pubescentia quasi tomentosa obductis ab antecedentibus facile dignoscitur.

6. *L. BERINII* (Reichenb. fl. exc. p. 253.) *radice verticali simplici subramosa, scapo 1-3 cephalo basi ramoso, ramis folio fultis, pedunculis apice squamis 1-2 adpersis sub flore crassioribus, foliis oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis remote denticulatis cauleque cano-scabris, pube subfarinosa 3-4 furcata, pappi radiis omnibus plumosis, interioribus in basi latiore serrulatis.* \mathcal{L} . In rupium fissuris et in glareis Isontii, (bei Podgora ohnweit Görz.) Jul. Aug. *Apargia Berinii* Bartling. bot. ztg. 3. 1. 345. Duplo triplove minor antecedente, indumento breviori, quasi farinaceo. Achenia matura nondum vidi. G.

Sect. IV. ASTEROTHRIX Cass. Radix ut in sectione antecedente. Capitula virginea nutantia. Pappi radii omnes a basi plumosi, exteriores breviores.

7. *L. CRISPUS* (Vill. delph. 3. p. 84. t. 25.) *radice verticali simplici subramosa, scapo monocephalo nudo vel squamis 1-2 adperso sub flore crassiore, foliis lanceolatis in petiolum attenuatis sinuato-vel pinnatifido-dentatis cauleque hispidis pilis rigidis trifurcatis,*